



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Ratihabitio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

clesiarum, aut clerici tenentur hoc face-
re si nolunt quia in extraua. Cle. III.
est reuocatio huiusmodi literarum,
quantum ad conuocationem, & tales
quæstuarij non debent habitum falsæ re-
ligionis portare, aut indulgentias vel
alia falsa proponere. Vt in d. cle. abusi-
onibus. & in d. c. cum ex eo. habetur.
At si publicè delinquant, ab ordinarijs
possunt puniri, licet sint exempti. c.
tuarum, de priuile. nisi aliquod aliud
habeant in suis priuilegijs, quod fer-
uari debet secundum glo. in d. c. tua-
rum, vt est in priuilegijs prædicatorum
& minorum. supra, Exemptus. §. 1.

RANCOR.

Rancor secundum, quod importat dif-
plicentiam contra aliquem, propter
quod desiderat, vel querit malum alteri,
nascitur ex acedia. Aliquando est si-
lii iræ, & mortalis, si malum sit impor-
tatum. supra odiu. §. 1. Quomodo quis
tenetur dimittere signa rancoris. supra,
Charitas. §. 1. Etiam propter scandalum
debet facere.

RAPINA.

RAPINA per quam quis violent-
ter, & contra iustitiam accipit rem
alienam, mortale peccatum est: tum
quia iniuriam proximo infert, tum quia
damnum, siue fiat à bellantibus, siue à
latronibus, siue ab habentibus potes-
tatem publicam, dummodo contra ius-
titiam, & violentè rapiant, restitu-
tioni sunt obnoxij. Si autem rapiant
in bello iusto, vel auctoritate publi-
ca: secundum iustitiam, licet vim inferant,
non dicuntur proprie raptores, nisi
excedant limites commissionis: secundum
Tho. secunda secundæ. q. 66. a. 8.
supra, Bellum. §. 11. & 13.

Si probauerit furtum contra ali-
quem, vel rapinam, stabitur iuramen-
to meo de quantitate rei raptæ secun-
dum Panor. in c. super eo. de his que
vi me. ve. & Inno. ibi. Et potest proba-
ri furtum, & rapina per socios fami-
liares, & huiusmodi: vt etiam tenet
Sil. ver. rapina. §. vlt.

De pena raptorum quomodo excō-
municantur ab Episcopo. c. 1. de rap.

quomodo denegatur penitentia nisi
restituatur, & quauis eos peniteat, &
non restituatur, negatur sepultura. c.
super eo. tit. & c. literis. etiam si faciant,
quod possunt. & hoc fit ad aliorum
terrorem.

RAPTOR etiam dicitur, qui vir-
ginem, vel sanctimoniam, vel viduam,
etiam largo modo vi opprimit, & sine
dubio mortaliter contra legem Dei a-
gens, etiam per leges grauius punitur.
c. de raptoribus. 36. q. 1. nec rapta po-
test cum raptore contrahere de iure ci-
uili: vt dicitur infra. §. 5. C. de rap-
virg. vel vid. l. vnic. supra, Luxuria. §. 4.

ALIQUANDO persona rapitur
propter alium finem, vel vt vendatur:
vel ob aliud, & tunc ultra iniuriam sibi
factam, iudicandum est peccatum secun-
dum finem, pro quo raptor rapit. Et
quod dictum est, quod rapta non po-
test contrahere cum raptore, intellige
de iure ciuili, de iure canonico, quan-
doque potest: vt quando præcessit tra-
ctatus de nuptijs: secundum Panorm.
in c. cum causa de rap. Vide in c. ac-
cedens. de rap. quia rapta si vult, potest
cum raptore contrahere.

RATIOCINIUM.

Ratiocinijs obnoxij, an possint pro-
moueri ad ordines, vide cad. prop-
terea. d. 5. ff. de mu. & ho. l. rescripto,
& Innoc. in c. vnic. de obliga. ad ra-
tio. C. de cle. & epif. l. quisquis emeritis.
Hæc ad aliud forum pertinent.

RATI HABITIO.

RATI HABITIO qua quis con-
sentit in illud, quod nomine suo
gestum est, multas requirit conditio-
nes ad hoc, quod retrahatur ex fi-
sione iuris. Et primo si debeo habere
aliquod ratum, oportet quod sit factum
nomine meo, id est, ad mei contem-
plationem: secundum gloss. in c. cum
quis de sent. excom. lib. 6. videlicet, li-
cet sim contentus Petrum occidisse Io-
an. quem non interfecit nomine meo,
non dicitur rati habitio. Secundo, oportet,
quod habeat factum, tanquam factum
nomine meo. Possum enim esse con-
tentus de homicidio factum nomine
meo,

meo, sed nollem factum fuisse nomine meo: & tunc non dicitur rati habitio: secundum la. de Are. Aduertendum tamen est, quod in maleficijs, non solum expressa rati habitio sufficit, sed etiam tacita. ut puta, quia non statim reuocat, quod scit nomine suo factum, vel non contradicit. Tunc presumitur rati habitio. ca. notum. 2. q. 1. fecus autem in non maleficijs.

² TERTIO, requiritur, quod extrema sint habilia ad illum actum perpetrandum, scilicet tempus in quo factum gestum est, & tempus rati habitiois. Exemplum extremi ad quod Titius interfecit Socratem nomine Platonis, non habentis rationis usum. Plato non potest postmodum hoc factum habere ratum: quia illo tempore quo gestum est, non poterat hoc imperare. Exemplum extremi a quo. Cicero debebat infra necem dies aliquod agere, sed cum non posset, amicus eius Sempronius, elapsis his decem diebus fecit illud, non potest Cicero factum tale habere ratum: quia post illud terminum non potuisset Cicero illud facere, cum iste terminus esset de substantia facti.

³ QUARTO, secundum Inno. in ca. prudentia. de offic. deleg. requiritur, quod illud factum valeat: quia quod nihil est, ratum haberi non potest: ut si quis non habens potestatem, sententiam ferat nomine iudicis, iudex non potest ratam habere. quia nulla est: cum sine aliqua auctoritate, & commissio ne eam tulerit.

⁴ QUINTO, quod sit de his, que possunt mandari fieri per alium nomine meo, per mandatū expressum. Nam quedam per alium explicari possunt: ut furtum, homicidium, & huiusmodi, & in his currit rati habitio: quedam explicari non possunt per alium: ut adulterium, & corporis delectationes, & in his non habet locum rati habitio. c. sciant cuncti. de electio. libr. 6. Si tamen quis perpetraret adulterium nomine alicuius, non principaliter propter delectationem, sed in vituperium mulieris, vel alterius, & ille ra-

tum haberet, credididerim, quod curteret rati habitio: quia hoc mandari potuit, & fieri eo fine, quo mandatū est.

⁵ SEXTO, quod lex solum requirat delictum simpliciter: quia si requireret maleficium, & per prius machinationem, seu tractatum, non sufficeret rati habitio: unde licet mulier post mortem viri habeat ratum homicidium: quia tamen non est machinata prius, non impedit matrimonium cum occisore: secundum Gemi. c. cum quis, de sent. excom. libr. 6. quod tamen faceret, si precessisset machinatio. Quando autem lex requirit solum factum, currit rati habitio: fecus si cum facto aliud.

⁶ QVIA rati habitio mandato copatur, quod ad Deum, ideo ita mortaliter agit ratum habens delictum, ac si fieri mandasset. Si autem tantum mente ratum habet quis percussorem clerici, per quam incurritur excommunicatione, non tamen ostendit hanc rati habitioem per aliqua signa exteriora, licet mortaliter peccet: quia consentit in id quod mortale est, non tamen excommunicationem incurrit: quia ecclesia de occultis non iudicat. ca. si cur nobis. de simo.

RENUNCIATIO ecclesie. supra, Consecratio. per totum.

RECOMPENSATIO. supra, Compensatio. per totum.

RECUSATIO.

Recusari potest pluribus ex causis iudex delegatus. secundum Pan. in ca. accedens. ut lit. non cont. & primo, si aduersarij est consanguineus, si commensalis illius, si ex eius patria, vel districtu oriundus, si non est accessus ad iudicem, nisi per terras inimicorum, si cum aduersario loquitur in aude, & familiariter, si litigabat ex aliqua causa cum eo, si est imperitus, & habet aliossuspectum: secundum Panor. supra, & in capi. de iudi.

RELIGIO.

RELIGIOSI propriissime dicuntur promittentes tria vota proficundo,